

Michael Cobabus    Johann Christian Blech

## **Disputatio Nona Theologica De Baptismo : In qua Sequentes Theses, Quaestiones & Casus Conscientiae**


Rostochi[i]: Richelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738048305>

Druck    Freier  Zugang



Vert. M. Cobabus. Praeses J. Göttinger  
R. U. theol. 1646.



Disputatio Nona  
THEOLOGICA

31.

De  
BAPTISMO,

In qua  
Sequentes Theses, Quæstiones  
& Casus Conscientiæ,

*Spiritus Sancti ductu & gratiâ*

DIRECTORE

JOHANNE COTHMANNO

SS. Theol. D. & Professore celeberrimo,

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternberga Megapolitano,

*Publico examini subicit*

JOHANNES CHRISTIANUS BLECHIUS,  
Chilonio Holfatus.

*Ad diem 8. Augusti in Auditorio Unicornis  
horii antemeridiani.*



ROSTOCHI

Typis Johannis Riebelii, Senat. Typogr. Anno 1646.

Diplomatisches  
Verzeichnis

BAPTISMO

Sequentes Faciles

JOHANNES GOTTLIEB



MICHAEL

JOHANNES CHRISTIANUS

JOHANNES

Papa Johannes

*Thesis I.*

**P**rius N. T. Sacramentum, quod successit Circumcisioni dicitur Baptismus *doni et gratia*, quod significat lavari, abluere, sive illud fiat immergendo in aquam, sive aquam adspargendo.

II. Metaphoricè Baptismus accipitur 1. pro largis & miraculosis Spiritus Sancti donis in die Pentecostes super Apostolos, & in primitivâ Ecclesiâ super alios credentes effusis, 2. pro cruce, & calamitate piorum, quâ in hac vitâ premuntur, & affliguntur. 3. pro transitu miraculoso Israelitarum per mare rubrum facto Mosis ductu, & auspicio.

III. Synechdochicè Johannis Baptismus sumitur pro integro illius ministerio, quod in prædicando, & baptizando consistebat.

IV. Specialiter denotat Sacramentum initiationis, & est actio sacra à Deo instituta, constans hominis in aquam immersione, sive adspersione in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, ut fides, & per fidem regeneratio, & adoptio vel conferatur, vel confirmetur.

V. Dividitur igitur Baptismus non ut univocum in univocata, sed ut æquivocum in æquivocata, in Baptismum fluminis, Flaminis, & sanguinis.

VI. Causa efficiens principalis Baptismi est Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Causa instrumentalis 1. fuit Johannes Baptista, qui non suâ, sed divinâ auctoritate & potestate baptizavit. 2. Fuerunt Apostoli, qui ante & post Christi mortem baptizarunt, 3. Sunt ordinarii Ecclesiæ ministri,

VII. In summæ autem necessitatis casu, quando ministri Ecclesiæ propter infantis recens nati infirmitatem, opera ordinaria expectari nequit, conceditur, ut extraordinariè à laico vel homine privato tam masculo quàm foeminâ in Christiana Religione rectè informatâ Baptismus administretur.

VIII. A ministro a. baptizante requiritur, ut sit sobrius, animo pius, sedatus, & gravis, qui omni studio, & conatu nitatur, ut Sacrosanctum Sacramentum reverenter, devotè, & religiosè administretur.

IX. Quod tamen non ita est accipiendum, quasi ministri qualitas faceret ad Sacramenti integritatem, atq; illius efficaciam aliquid adderet, vel detraheret. Nam ministerii Ecclesiastici vis, atq; virtus non pendet à qualitate ministri, sive dispensatoris; sed ex Dei illud instituentis veritate, & potentia.

X. Si vero Minister est hæreticus, qui Christi institutionem corrumpit, & Baptismi substantialia impugnat, Baptismus qui ab illo administratur non est validus, nisi hæresis privatim & occultè foveatur, Ecclesiâ apertè rectius sentiente, & veritatem amplectente.

XI. Subjectum, quod baptizatur, sunt vel homines adulti, qui in Religione Christiana informati, eam amplectuntur, & publicè profitentur; Vel infantes cum Christianorum tum infidelium, (quales sunt Turcarum & judæorum) qui extra Ecclesiam nati justo quodam titulo in familias nostras transeunt.

XII. Nam ordinariè Baptismus infantibus non minus est necessarius, quàm adultis: quare infantes sine morâ & cunctatione debent baptizari, ut regenerentur, & Christo inferantur.

XIII. Ma.

XIII. Materia Baptismi est aqua naturalis, vel elementaris institutionis verbo consecrata.

XIV. Forma Baptismi est hominis vivi in aquam immersio, vel aquæ adpersio in nomine Patris Filii & Spiritus Sancti.

XV. Liberum autem est, sive unâ, sive ternâ vice fiat immersio vel adpersio, ita tamen ut alterutrum, quod receptum & usitatum est, scandali vitandi causâ non licitum sit mutare.

XVI. Fines & effectus Baptismi etsi sunt varii, & multiplices, ad duo tamen capita ut sunt regeneratio, & renovatio omnes referri possunt.

XVII. Distinguitur autem Regeneratio à Renovatione, quia illa 1. non recipit magis & minus. 2. Fit per non imputationem peccati & imputationem justitiæ Christi. 3. Complectitur justificationem, & adoptionem: Hæc verò 1. recipit magis & minus, 2. fit per mortificationem Veteris, & vivificationem novi hominis, 3. Justificationem & adoptionem sequitur.

XVIII. Nam in regenerationis actu Deus 1. dat fidem, 2. per fidem justificat, 3. justificatum adoptat. In actu autem renovationis Spiritus Sanctus justificatum & in filium Dei adoptatum renovat, ut mundo relicto Deo vivat, & benè operari incipiat.

XIX. Ritus & ceremoniæ Baptismi sunt 1. Nominis impositio, 2. Exorcismus. 3. Sathanæ & operum ejus abrenunciatio, atq; fidei professio. 4. Crucis in fronte & pectore signatio. 5. Patrimorum & Matrimorum adhibitio.

XX. Exorcismi nomine intelligitur ceremonia humana priscae Ecclesiae, & ritus indifferens, quo sub formâ adjurationis impurus Spiritus compellatur. Quâ ceremonia partim hominis baptizandi miseria ex peccato originali; partim ministerii & Baptismi efficacia significatur, ut adstantes ad ardentius orandum incitentur, & commoveantur.

## QVÆSTIONES

contra

### I. PONTIFICIOS.

- I. *An Baptismus Johanni sit idem Sacramentum cum Baptismo Christi?* A.
- II. *An illud omne reipsâ tollatur in Baptismo, quod in homine rationem peccati habet, ita ut peccata non solum non imputentur, sed nec sit quod imputari possit?* N.
- III. *An parvulis sine Baptismo decedentes à vita aeterna societate absolute sint excludendi?* N.
- IV. *An immersio sit de Baptismi necessitate?* N.

### II. PHOTINIANOS.

- I. *An Baptismus aque sit ritus externus liberè assumptus ab Apostolâ, & non à Christo mandatus?* N.
- II. *An Baptismus aqua sit medium Regenerationis & Renovationis?* A.
- III. *An sit ceremonia externa qua merâ constat aquâ?* N.

### III. CAL-

### III. CALVINIANOS.

- I. *An Baptismus non sit medium, sed signum regenerationis, & quidem non nisi in electis ? N.*
- II. *An Laico in necessitate casulicatum sit baptizare ? A.*
- III. *An Exercitium ut res abominanda penitus sit proscribenda ? N.*
- IV. *An fidelium liberi ante Baptismum sint sancti, & jure hereditario jam à matre utero in fœdere contineantur ? N.*
- V. *An infantes donentur fide, quando baptizantur ? A.*

### IV. ANABAPTISTAS.

- I. *An Infantes sine peccato originali nascantur, atq; ante Baptismum, quædam neq; bonum neq; malum sciunt vel intelligunt, sint sub gratiâ Dei, & in salutem fœdere ? N.*
- II. *An adulti & senes duntaxat sint baptizandi ? N.*
- III. *An infantibus propterea deneganda sit fides, quod non possint audire verbum Dei, & ex illo informari ? N.*
- IV. *An omnes baptizandi prius sint docendi, & postea baptizandi ? N.*
- V. *An Baptismus: tantum signum obedientiæ à Christo mandata ? N.*
- VI. *An ù aspernetur Christi sanguinem, qui remissionem peccatorum quaris per baptismum ? N.*
- VII. *An regeneratio pertineat ad solos adultos ? N.*
- VIII. *An infantes possint esse salvi & tamen non esse in Ecclesia Christi, vel illius cives ? N.*

### CASUS CONSCIENTIÆ.

Quæritur :


- I. *An Judæi Turcæ & similes compellendi sint ad Baptismum ? N.*
- II. *An infantes ex adulterino, vel quovis illicito concubitu nati ad Baptismum sint admittendi ? A.*

III. An

- III. An hereticorum liberi sint baptizandi, qui palam præstantur, quod illos sibi in potestate patria relictos in hæresi velint educare? N.
- IV. An parvuli Judeorum possint eripi, & baptizari illis refragantibus? N.
- V. An expositivum sit baptizandum, quævis scedula affixa, ipsum expositum jam baptizatum esse, significet? A.
- VI. An illorum infantibus sit concedendum ad Baptismum aditum, quod justè ab Ecclesia sunt excommunicati, & pro illius membrum non habentur? A.
- VII. Quomodo erigendus sit Christianus, quem accusat conscientia, quod fœdere Baptismi violato non instar militum Christiani sub salvatoris vexillo pugnaverit cum hostibus spiritualibus; Sed ab illi victum propter peccata contra conscientiam factum sit mortuum Ecclesia membrum, peccati servus, mortui filius, & è Regno lucis sit translatus in Regnum tenebrarum, cujus caput & Rex est Diabolus, hostium humani generis atrocissimus.
- VIII. An intolerabile sit abusus consuetudinum fidejussorum, quando illi vel gratia & favorum, vel dignitatis & honorum, vel utilitatis & commodi alicujus causa, rogantur, & invitantur? A.
- IX. An diversa Religionum fidejussores in Baptismo sint eligendi, & electi admittendi, N. illa autem cautione, ut privatim admo-  
neantur, & non publice cum ignominia rejiciantur.







### III. CALVINIANOS

- I. An Baptūm non sit medium, sed signum vegetum nisi in electū? N.
- II. An Laico in necessitatū casulicū sit baptizandus?
- III. An Exercitū ut res abominandā penitus sit prohibenda?
- IV. An fidelium liberi ante Baptismum sint sancti, jam à matrū utero in fœdere continentur?
- V. An infantes donentur fide, quando baptizantur?

### IV. ANABAPTISTAS

- I. An Infantes sine peccato originali nascantur, & quādiu neq; bonum neq; malum sciunt, vel imbecillitā Dei, & in salutū fœdere? N.
- II. An adulti & senes duntaxat sint baptizandi?
- III. An infantibus propterea deneganda sit fides, quod verbum Dei, & ex illo informari? N.
- IV. An omnes baptizandi prius sint docendi, & postea baptizandi?
- V. An Baptūm sit tantū signum obedientiæ à Deo?
- VI. An ū aspernetur Christi sanguinem, qui remissionem peccatorū per baptismum? N.
- VII. An regeneratio pertineat ad solos adultos? N.
- VIII. An infantes possint esse salvi & tamen non esse vel illius civēs? N.

### CASUS CONSCIENTIÆ

Quæritur:

- I. An Judæi Turcæ & similes compellendi sint ad Baptismum?
- II. An infantes ex adulterino, vel quovū illicito concubitu nati sint admittendi? A.

